Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum III

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Similit debz esse triplex saluz incipiens pficiens et puenieus Unde aplus Gratia dei sum id qd sum quantu ad primaz et gra eius in me uacua no fuit quantum ad scam s; illis omnibus habundancius laboraui non aut e° solus sed gracia dei mecum quantu ad tcia; Johannes etiaz puilegio singularis amoris dei dotat° fuit sic bonu diuinu sup omia diligat et in omnibus tnsitoriis nichil nisi amorem diuinu cocupiscat Item petrus alio noie dictus symon qui interpretat° obediens signi ficat obedia; Johannes in quo gra signficat mundicia; Jacobus qui luctator uel supplantans sigt paupertate uoluntaria; et ista tria faciunt uidere claritate diuina; sicut ista uiderunt tnsfiguratos felix qui tale mote i· emmencia; uite ascendit in quo sut tres gradus s; abiectio sui mortificatio carnis contemptus mundane prosperitatis de quib° supra pximo capitlo si quis uult post me uenire abneget se et tollat crucem sua; et sequa me felix qui sic orōi insistit pie fidelit° et perseuerant° donec appareat gloia in facie cordis qui tnsfiguranē in solem dum lucet p scia; ardent per caritate illuminat per ex° et doctina; Et apparuerunt illis moyses iam mortuus scdm aliq; in corpore assumpto uel sibi adaptato sicut qñ appet angeli in corporibus assumptis et helias ad huc uiuus in anima et corpore pprio allatus de padiso apparuerunt isti duo cu xpo potius qua; alii alter alt° mortuus alt° ad huc uiuus in signu q uiuentiu et mortuo; seu uite et mortis sit dns et q ipsa tam mortui qui p moysen significant qui per helia; qui tpre iudicii uel uiui in carne repiendi uel a morte rsuscitandi sunt regnaturi sunt in gloia cum illo Item ut ostendant xpm esse quem legis et pphetaru scipta predixerunt et pmiserunt et ut hic appeat q lex et pphete a xpi doctina non discordant et q finis legis et pphetia; in suo sensu xpc erat et eius gloria ppt° qua; uenerat et ut

ipse ondet se ee supra legem qua moyses legis lator dedit et supra pphetas int° q8 helias predicator precipuus fuit p moysen quidem significat° lex p helia; pphete et per dum ewangeliu apparuit q° dns medius int° moysen et helyam tamq ipe et ewange° haberent a lege et pphis testio° Item unus mortuus et alt° uiuus apparuit ut significent xpm mortuu et iteru uicturu uel ut nos mortui sum° mundo uiui aut deo Ite ut ex omni parte xpus testio° habē° de celo pre; in uoce de ethere nubes de paradiso helia; de terra aplos Et sicut sua; fragilitate sic et mundi uanitatem agnoscant et agnitam contempnat Jaco· z° de inferno moysen ¶ Et loquentes cu eo dicebant excessum eius q cpleturus erat in ihrlm i· passione in qua fuit excessus amoris doloris et humilitatis Amor fuit sup mensura; scdm illud iohis maiore hanc dileccōz dolor supra consuetudinem scdm illud trenr· O uos oms qui tnsitis z° humilitas supra uirtutem scdm illud tren· recordare paupertatis z° loqui aut ipo; est talem gra; redemptionis futura; per xpm testionis legis et pphetarum prefigurata; ee ostendere Et nondum q no loquebant° de tali matia tamq indicantes xpo que nesciret s; eum adorabant et gracias agebant de aduentu eius in carnem et quia misteriu passionis q ipi predixerunt uiderunt in xpo cplendu et leti fortasse quia uidebant redempcōis sue totius q humanam genis diem appropinquare Compaciebantur nichilo° xpo quia tn; gloiosa facies debebat sic cspui et sic mudiose tradi et iudicari et crucifigi ¶ Nōnd etiam q gaudium magnu scdm est aplis et pphis non solum de tnsfiguratōe xpi s; etiaz ut dicit cfre de mutua uisione qua uterq testamenti principes cgregati erant cum deo Abraha; uidebat cu moyses dux iudeo; pincipem xpianoz petr° csiderabat helias castus uirginem iohannem et uterq in iacobo laudabat

martirii priuilegium petrus uero et qui cum il
lo erant grauati erant sompno oppressi gloria
qua splendore incomprehensibili deitatis premitur
sed uisum corporis Et euigilantes uiderunt ma-
gestatem eius et duos uiros scilicet moysen et he
liam quos cognouerunt propter claritatis illustra-
cione ¶ Tunc petrus tamquam feruencior dixit
ad ihesum domine bonum est nos hic esse scilicet in mon-
te et in contemplacionis dulcedine Celesti enim
dulcedine gustata uilescunt infima Unde ra-
banus Quo amplius quis degustat dulcedinem
uite celestis eo amplius omnia alia fastidit in
infimis Si uis faciamus hic tria tabernacula
ad manendum scilicet hic continue tibi unum moy-
si unum et helie unum Non loquebatur de tabernaculo
pro se et sociis suis faciendo quia supponens se et so-
cios tamquam discipulos cum magistro mansuros
in suo tabernaculo Petrus optando commendat christum
et se in monte manere ex modico gustu participati-
onis future glorie quam in christo uiderat ut per
hoc discamus quod nichil sit difficile pro christo pati
nec tormenta nec crux nec mors ut ad mon-
tem celestis glorie perueniamus Si enim sensibilis ista
christi gloria sic petrum in monte impressionibus et
intemperiebus subiecto allexit ut diceret bonum ibi
manere quod estimandum est de illa ineffa-
bili et intelligibili gloria eterna in celo ubi nulla
intemperies nulla peregrine impressionis mo-
molestia ubi nullum malum sed omne bonum obtine-
bitur Unde beda O quanta felicitas uisionis dei-
tatis inter angelos adesse perpetuo si tantum transfor-
mata christi humanitas duorumque sanctorum societas ad
punctum uisa delectat ut eis ne discedant petrus
prestare uelit obsequium Unde et remigius uisa
domini maiestate et duorum suorum petrus adeo delec-
tatus est ut cuncta temporalia obliuioni trade-
ret et ibi in perpetuum uellet manere Si autem
petrus sic accensus est quanta erit suauitas et
dulcedo uidere regem in decore suo et interesse
choris sanctorum omnium et angelorum hec remi-
gius ¶ Sed errauit petrus et nesciebat quid di-
ceret hoc petendo tum quia in uia priuatam requi-
rebat et umbram future glorie quam uiderat

ueram gloriam estimabat oblitus regnum dei non
esse sanctis promissum in terra sed in celo tum
quia in gloria tabernacula manu facta necessaria
credebat ignorans domum manu factam non esse
necessariam in illo seculo futuro tum quia se et co
apostolos ad huc carne mortali circumdatos esse non
aduertebat et absque gustu mortis immortalis uite
statum subire uolebat Tum etiam quia suam et pro-
ximorum salutem non attendebat Unde augustinus
Quid dicis sancte petre mundus perit et tu se-
cretum queris Vides tot gentes in errore currere et
tu quietem diligis Vides tenebras mundi et tu
lumen abscondis Nemo quippe accendit lucernam
et ponit eam sub modio etc Unde et damascenus
Non est inquit petre tibi bonum quod christus ibi moretur
quia si ibi mansisset nequaquam tibi facta promissio
consequeretur effectum Neque enim claues obtinuisses
regni nec mortis tyrannus abolita esset Et ut
dicit Crisostomus quia audiuit quod eum iherosolimam ire et
multa pati ad huc timet propterea sed post increpa-
cionem non audet aperte dicere rursus propicius esto
tibi sed idem occulte per alia signa insinuat
Tum enim uidebat multam quietem et solli-
tudinem cogitauit conuenientem ibi esse secessum
ex loci disposicione quod significat dicens Si uis
faciamus hic tria tabernacula Cogitauit
enim quod si hoc fieret non ascenderet iherosolimam et
si non ascenderet christus non moreretur ibi enim
sciebat scribas insidiari ei hec Crisostomus et licet
petrus ut homo stupefactus nesciret quid diceret nichilo-
minus tamen suam deuocionem ostendit et in christum feruido-
ris monstrat indicium Unde inebriatus pe-
trus erat qui de una gutta uini celestis quam
biberat quasi tres tabernas facere uolebat
Sicut enim ex passionis magnitudine ut
timoris uel amoris aliquis prorumpit in aliqua
uerba sine premeditacione ita similiter ex magni-
tudine deuocionis et delectacionis exuberante
dixit petrus illa uerba que tamen non erant ro-
nabilia quia in solo aspectu humanitatis christi
non consistit essencia beatitudinis et ideo illud
non debebat sufficere pro finali beatitudine In
monte thabor est grande monasterium

grandi illud circumdatum tres habens celos
iuxta quod petrus ait faciamus hic tria taber-
nacula Tria tabernacula contemplatus mo-
talis facit qui legem et prophetas et euangelium
practice legendo dispoñt scilicet corde credendo o-
re confitendo et ope adimplendo ¶ Ostend-
ant quod ista transfiguracio significans gloriam sco-
rum primo describitur a maiestate dei quia
tota trinitas ibi apparuit pater in uoce filius in
humana carne et spiritus sanctus in nube apperens
quod datur intelligi quod gloria sanctorum con-
sistat in fruicione beate trinitatis Quod cum
petrus ebrius ex dulcedine illius claritatis
uoluit facere tria tabernacula ita scilicet homo tria
tabernacula in anima sua que nec moyses
nec helias sed sola beata trinitas delectabiliter
inhabitat secundum illud Io. ad eum ueniemus et a-
pud eum mansionem faciemus hec autem sunt me-
moria intelligencia et uoluntas Nam filius
habitat in tabernaculo intelligencie imple-
do ipam dei plenissima et lucidissima cognicione
spiritus sanctus in tabernaculo uoluntatis implendo
ipam sapidissima dilectione pater in tabernaculo
memorie implendo ipam cogniti et dilecti
perpetua retencione et securissima tencione quibus
actibus anima in deum quasi totaliter transfortur
et quodammodo deiformis efficitur Tunc uerificatur
secundum quandam pregustacionem illud quod dicitur ali-
bi intra in gaudium domini tui ¶ Secundo
describitur ista transfiguracio a societate cosor-
tum quia ibi fuerunt moyses et helias iacobus
petrus et iohannes In celesti igitur gloria ha-
bemus socios omnes ueteris et noui testamenti
sanctos Sancti ueteris testamenti distinguuntur
in duos ordines scilicet patriarchas qui intelli-
guntur per moysen et prophetas qui per heliam
Sancti autem noui testamenti distinguuntur in tres
scilicet in martires qui per iacobum in confesso-
res qui pleni sapiencia dei intelliguntur per pe-
trum qui interpretatur agnoscens in uirgines
qui per iohannem uel potest dici quod christus no-
luit habere testimonium sui aduentus ab
illis qui sunt in celo scilicet a patre et ab illis

qui sunt in mundo scilicet a petro iacobo et iohanne
et ab illis qui sunt in terrestri paradiso scilicet
ab helia et ab illis qui sunt in inferno sine
limbo scilicet a moyse uel per sex personas signatur
sex bona que deus confert contemplantibus
quia in contemplacione primo mens illuminatur quod
significatur in petro qui interpretatur agnoscens secundo ui-
cio supplantatur quod significatur in iacobo qui interpretatur
supplantator tercius gracia augetur et augmentatur
quod significatur in iohanne qui interpretatur in
quo est gracia quartus mundus contempnitur quod significatur
in moyse qui interpretatur assumptus ex aquis quin-
to cor amore inflammatur quod significatur in helia
qui raptus fuit curru igneo sexto dulcedo ce-
lestis pregustatur quod significatur in illo unde
petrus qui unam guttam pregustauerat dixit
domine bonum est nos hic esse nesciens quod diceret
Tercio describitur ista transfiguracio a glo-
rificacione subiecti cum dicitur resplenduit
eius facies eius sol uestimenta autem facta sunt
alba sicut nix per que significatur beatitudo et gloria
quibus sanctorum corpora induantur Unde que-
rit ambrosius quomodo apostoli cognouerunt moysen et
heliam quos nunquam uiderunt et respondet quod per
maiestatem super eos uenientem in quo innuitur
quod in futura gloria alter alterum quem nunquam
uidit cognoscet Secundum glosam hic helias dicitur
eximius prophetarum sed contra de dauid hoc dicitur
in prologo super psalterium et de moyse in glosa
super exodum Et soluitur quia moyses fuit
eximius deo familiaritate singulari conuersione
legis promulgacione helias eximius uite auste-
ritate arguendi uirtute uite diuturnitate dauid
eximius prophecie sublimitate regia dignitate
et speciali ei facta promissione ¶ Dominus igitur
petro non respondit nam licet ex feruore deuo-
cionis loqueretur tamen quia imprudenter interroga-
uit ideo responsionem domini non meruit nondum enim
ut in hac gloria consisteret tempus erat Qui autem
uult domino facere tabernaculum preparet penetra-
lia cordis sui et inueniet locum domino tabernaculum
deo iacob ¶ Prima uero male materiale taberna-
culum e frondibus aut tentoriis quesiuit es-

timans in eterna illa gloria corporalia tabernacula necessaria ubi nulla adversitatis aura est timenda nisi deus omnipotens templum est et domus celestis ideo nubis lucide accepit obumbraculum. Unde sequitur, Ad huc eo loquente et de tabernaculorum visibilium constructione cogitante ecce nubes lucida obumbravit eos quia maiori luce et vera cognicione suffudit ut intelligerent electis in eterna tabernacula receptis non esse necessaria corporalia tabernacula et eos non esse protegendos tegmine domorum ubi nubes et spiritus sancti gloria protegentur et in abscondito domini faciei abscondentur. Et intelligas quod cum petrus loqueretur interim antequam sermonem compleret discesserunt moyses et helias et mox nubes subsecuta est et quasi interrumpuntur verba eius per obumbracionem nubis. Querebat petrus terrenum tabernaculum et celeste affuit obumbraculum. Et ista nubes non fuit causata ex istis caliginosis vaporibus sed ex vehemencia lucis processit quia sicut fumus est ab igne ita ista nubes fuit a luce. ¶ Ad instruendas autem mentes apostolorum de cognicione divinitatis unigeniti filii dei post moysi et helie testimonium vox patris de nube in modo tonitrui testimonium perhibuit dicens hic est filius meus non adoptione sed per naturam dilectus. filius meus scilicet naturalis et proprius non aliunde creatus vel adoptivus hoc est secundum ambro. non helias filius non moyses filius. sed hic est filius quem solum videtis. Recesserunt enim illi ubi cepit dominus designari ut ille solus demonstretur ne errarent apostoli. In quo michi bene complacui id est in quo meum beneplacitum de redempcione mundi complere constitui. Vel secundum Criso. in quo delector in quo requiesco quem accepto quia omnia que sunt patris cum diligencia exequitur et est una eademque voluntas ipsius et patris quare et si crucifigi volt ne contradicatis. Ipsum audite magis quam moysen et heliam quia ipse finis est legis et prophetarum ipsum audite ut supremum et singularem magistrum qui docebit vos omnia necessaria ad salutem. Ipsum

audite quia veritas est et ipsum querite quia vita est ac sicut ait Re. aliis verbis dicit Recedant umbre legales et typi prophetarum et solum choruscum lumen evangelii sequimini. Felices ergo apostoli qui non solum domini claritatem videre meruerunt sed eciam vocem patris intonantem audierunt. Nec ab hac felicitate nos ex toto alieni erimus si quod illi crediderunt et nos credimus et quomodo illi inspexerunt amando innuimus et quem dilexerunt totis visceribus diligamus. Sed quia humana fragilitas in presencia maiestatis opprimitur quia pondus divinitatis et conspectum maiestatis glorie ferre non valet ideo discipuli audientes vocem terribilem de nube ceciderunt in facies suas non sicut mali retrorsum. Unde remigius in eo notandum quod sancti discipuli in faciem ceciderunt sanctitatis fuit indicium impii enim retrorsum cadunt ut heli legitur. Re. Cadunt ergo isti in faciem modo propter timorem ut hic modo propter humiliationem ut magi procedentes adoraverunt eum immo propter gratiarum actionem ut seniores ceciderunt in conspectu throni in facies suas. Et timuerunt valde quia se errasse cognoverunt quia nubes lucida apparuit quia vocem quasi tonitrualem scilicet patris cuius maiestati timor debetur audierunt ad hanc vocem ut dicit esaias fugerunt prophete ceciderunt apostoli et timuerunt. Tonitruum quidem terribile fuit unde de ipsa voce terra sub ipso contremuit. ¶ Et quos humana fragilitas gravabat benignus pius magister verbo pariter et actu consolatur et erigit. Nam clemens accessit ihesus quia per se surgere non poterant et tetigit eos familiariter et dulciter ut tactu debilitata membra solidaret. Dixitque eis ut metum et timorem fugaret Surgite contra casum et nolite timere contra metum. Beati illi quos tangit ihesus. beati illi quos tangit salus et vita. Illi enim surgunt illi sine timore et securi fiunt. Rogemus ergo eum ut et nos tangat et a sompno stuporis et insipiencie excitet atque ad se videndum nobis oculos aperiat dulcis amicus est quia pie co

Solatur et potens adiuuat Ad tactum ergo et
consolacionem ihesu saluatoris qui prostratis
dexteram et beneficium auxilii porrigit et
iacentes erigit discipuli surgentes nec moy-
sen nec heliam uiderunt sed solum ihesum in figura
consueta qua conuersari solebat inter eos Se-
cundum glosam Si moyses et helias perseue-
rassent uox patris uideretur incerta cui potius
testimonium dedisset et ideo recesserunt illi ne
ad eos uox facta putaretur sed ut ad solum ihesum per-
tinere intelligeretur Allegorice ablata nube ui-
derunt moysen et heliam euanuisse et solum
ihesum remansisse quia postquam legis et prophetarum
umbra discessit qui quasi nube apostolos texerat
uiderunt eum et scriptura illis reuelata fuit
et ewangelium in quo utrumque reperitur solum
remansit Notandum autem secundum glosam quod bene
conuenit misterium secunde regeneracionis que scilicet
erit in resurreccione ubi caro resuscitabitur cum misterio
prime que est in baptismate ubi anima resuscitatur
In baptismate enim christi operacio trinitatis osten-
sa est fuit enim ibi filius incarnatus apparuit
in specie columbe spiritus sanctus et pater fuit
ibi in uoce declaratus Et similiter in transfiguracione
que est sacramentum secunde regeneracionis tota trinitas ap-
paruit pater in uoce filius in homine spiritus sanctus
in nube Nam gloriam illius qua in baptis-
mate credentes confitemur in resurreccione uidentes
collaudabimus Nec frustra spiritus sanctus hic
in lucida nube illic in columba apparuit do-
na enim sua per species declarare solet Innocenciam
autem in baptismate donat que per auem simpli-
citatis designatur daturus est autem claritatem
et refrigerium in resurreccione et ideo in nube re-
frigerium et in fulgore nubis claritas resurgen-
cium corporum figuratur Qui enim nunc sim-
plici corde fidem quam percipit seruat tunc luce
aperte uisionis quod crediderat contemplabitur ipsaque
quasi lustrabitur impetum gracia proteget Et de-
scendens ihesus cum discipulis de monte precepit
eis precepto instruccionis ut nemini dicerent uisi-
onem de gloria transfiguracionis ante suam resurreccionem a mor-
tuis propter quatuor Primo ne dictum esset incredibile propter

rei magnitudinem uideretur Secundo secundum Cri-
sostomum ne homines audientes tam glo-
riosa de eo dicta scandalizarentur postea uiden-
tes eum crucifigi Tercio secundum Remigium ne pre-
dicacio glorie passionis sacramentum impediret quia
si maiestas illius fuisset diuulgata in populo plu-
rimi resistendo principibus sacerdotum pas-
sionem eius impediuissent et sic redempcio hu-
mani generis retardata fuisset Quarto secundum
hylarium quia tunc debebant esse testes di-
uinitatis christi cum essent spiritu sancto repleti et
ad tante uisionis testimonium perhibendum conforta-
ti Quinto secundum damascenum quia alii discipuli
ad hunc imperfecti fuissent contristati quod hanc uisionem
non uidissent et iudas magis incitatus ad pro-
dicionem saluatoris fuisset Sexto quia resurreccio
christi multum fuit dubitabilis ideo reseruata fuit
ista uisio illo diuulganda tempore quo maxime opor-
tebat ipsi resurreccioni testimonium perhiberi cui
prestabat argumentum non modicum ipsa gloria
transfiguracionis ipsa quia uisio magis credibilis
uidebatur cum eciam uisibiliter per resurreccionem factam
mirabatur Septimo ut daret nobis exemplum
ea que ad laudem et gloriam nostram spectant
esse occultanda quam diu sumus in hac mor-
tali uita et ad faciendum hoc quod in ecclesiastico dicitur
ne laudes hominem in uita sua et in eodem
ante mortem ne laudes quemquam per hoc eciam
ostendit quod secreta et misteria diuina non sunt
semper sed loco et tempore debitis publicanda et
dedit exemplum uiris sanctis non facile publican-
di reuelaciones sibi factas sicut paulus an-
nis quatuordecim tacuit raptum suum Fuit
autem transfiguracio domini facta circa ueris
principium Unde ewangelium de transfiguracione
legitur in ecclesia sabbato quatuor temporum post
primam dominicam in xl. festum uero transfigu-
racionis domini celebratur vij idus augusti quia
tunc ab apostolis transfiguracio fuit predicata et pub-
licata quam tacuerant usque ad diem illam propter
prohibicionem a domino eis factam In descensu mon-
tis tabor contra occidentem est una cap-
pella ubi dominus dixit nemini dixeritis uisionem etc.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ihesu redemptor perditorum salua
tor redemptorum aie lacrimose et pau
te currentis dulce solaciu et sua
ue refrigerium da michi omne delectamentu ex
te respuere et obliuisci ut tuo sapore merear
iocundari et uenia ora tempus ut quod nunc cor-
de reuelatis oculis tandem aspiciam quam nunc
spe et a longe saluto apprehendam quam pro
uiribus meis desiderio uultus tue amplectar
et deosculer et in claritatis tue abisso totus
abscondar ut in uelamento alarum tuarum
sit pax michi per eternum amen. Sequitur Vita

De sanacione lunatici iiij capitulum

Sequenti autem die ihesus redi-
ens de monte ubi transfiguratus
fuerat uenit ad discipulos quos
inferius dimiserat et occurrit
ei turba que circa ipsos erat Similiter si pre-
lati uellent ad subditos descendere per humi-
litatem compassione et affabilitate multa
turba occurreret eis per penitenciam Sed quia semper
stant in alto per elacionem seu ambicionem uel per
curiositatem ideo pauci eis id est pauca ad eos
accedunt et pauciores ab eis sanantur nullum
enim legitur dominus in monte sanasse Et accessit
ad eum quidam de turba petens misereri
unico filio suo lunatico secundum lune innouacione
et uix discedebat dilanians eum Nam eum
apprehendens ad terram allidebat et uolutando
per diuisa membra uexans dissipabat sicque
ad ostendendum uehemenciam passionis spu-
mabat ac dentibus stridebat et languens a-
rescebat et uix discedebat dilanians eum Nam
eciam sepe eum uexando clamare faciebat
et nunc in ignem nunc in aquam mittebat ita
ut dudum periisset nisi prudencia dei eum conser-
uasset Et cum iubente domino adductus
esset statim spiritus conturbauit eum Videns enim
se cito eiciendum faciebat peius quod pote-
rat in eum Deinde increpante eum domino
et precipiente ut exiret ab eo et ne amplius
in eum introiret quem eciam ab effectu malicie
sue surdum et mutum uocabat quia surdum

et mutum eum fecerat statim discerpens eum
exiit ab illo Et factus est sicut mortuus sed
ihesus tenens manum eius eleuauit illum et surrexit
sanus et reddidit illum patri eius Moraliter iste
lunaticus significat peccatorem quem dyabolus primo
apprehendit per peccati delectacionem Secundo clama-
re facit per peccati ardens desiderium Tercio mu-
tum facit ad peccati et diuine laudis confessionem
Quarto surdum per obduracionem ad uerbum dei
admonicionem Quinto lunaticum per mentis instа-
bilitatem et continuam in malum uariacionem Sexto
elidit et uolutat per eius peccati precipitacionem
Septimo dissipat per diuersarum cogitacio-
num uarietatem Octauo stridere facit den-
tibus per iram et indignacionem ac spumare
per castrimargiam et libidinem Nono in
ignem luxurie mittit uel eciam elacionis quia
quasi ignis sursum tendit et alta petit Nunc
non in aquam uoluptatum et cupiditatum
submergit Decimo aridum reddit per ocium
seu ignauiam et indeuocionem Undecimo uix dis-
cedit per peccati consuetudinem Duodecimo dilani-
at et dilaniatus per malum eiulacionem Dum
autem puer ad deum accedit conturbatur quia
sepe post peccatum ad deum conuersi magis a de-
monio impugnantur ut uel per tedium ui-
tuten et labores penitencie excuciat et ad uiam
a reducat uel de sua expulsione se uindi-
cet Sic in primitiua ecclesia multum grauia
certamina illis apposuit quos suo regno sub-
trahi doluit Non autem puer conpaciens sed dia-
bolus inde inferens increpatur quia qui pec-
cantem uult sanare uicium odiendo debet arguere
et depellere sed hominem amando refouere
et confortare Exiens uero demon ab homine
iniquam peruertitur si homo cor suum claue
humilitatis et caritatis seruauit Exiturus
autem discerpsit eum quia dum de corde expelli-
tur acriores in eo temptaciones generat Et libera-
tus a demone uelut mortuus uidetur quia mun-
dana desideria subegit uitam in se carnalis con-
uersacionis extinguit et mundo mortuus appa-
ret Quem autem hostis mortuo similem reddit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg